

omnes metuāt. Quid igitur bellum? Nunquid vt Cometa proluuiem & proluuiēs bella, ita quoq; bellum aliquid mōstri parturiet? Peucerus addit, clades & calamitates, à terremotu metuendas esse. Quasi verò nō quotannis tremat Italia, sine vllō tamen iam diu motu armorum. Quid Gallia? quid Belgiū, an non per hosce uiginti annos cēdi bus intestinis hęc terrę funestantur, cum tamē minimē, ut aiūt, cōcutiant? Vidi ter, quater, duob. tantū annis tremere Alpes, ab annis septuaginta, neq; ulla belli suspicio. Verūm dicēt satis esse si Rætia tremente, sint bella in Gallia, uel ipso Mediterraneo. Bone Deus, quæ istec ingenia sunt? Annō satis est superq; magnū per se malū terre motus, urbes quatens, & sepe vorans, nisi præterea ab eo dicāt metuēda esse damna, & acerbitates vel cogitatione ipsa & nomine tremēdas? Et quid hoc est, clades erunt & calamitates? Nū clades nō calamitas? Et ipsa calamitatis vis quā latè patet? Ergo si grandinet in agello, sat erit calamitatis, & verus habebitur aruspex?

Præterea Peucerus ait: Quicquid inusitatū est, id minari hominib. mala nō certa, sed in uniuersum, siue à natura siue ab Angelis, siue Demone, siue Deo. Nunq̄ ego audiui, veram naturā, quę nō intelligit, posse minari. Neq; ab Angelis iratis metuendū aliqd esse scio. Quid em̄ Angeli sine Deo? De Diabolo inferius dicā. Dei minas eqdē horreo: ab alijs trib. timere nimis timidi hominis est, uel spōte ut multi faciūt, metuētis. Quid leuius hoc sermōe? Omne inusitatū infaustū? Ergo si bestia nō prius visa, herba nō dū cognita, mōstrū nouū, & species etiā pulcra in aere, in cōlo cōpareat, necessariò formidandū id erit, & uerē ominosum? Quā sint leues isti diuini, ut puto patet. Nūc, mi Patrone, uideamus, q̄ sint ijdē astuti, dū simul magni phisici, & ueri Christiani videri uolūt: dūq; fatū & arbitriū hominis, necessitatē cū incōstātia rerū, cōelū terre, Dei decreta abstrusa cū fortunę mobilitate cōfundunt. Astrologi siue de uita hominū scribant, siue de Cometa, aut aliq̄ alio mōstro, nihil unquā certū, nihil explicatū habēt, Sidera dicunt

Peuceri  
portēta  
horum effi  
ciētes caus  
se Natura,  
Daemon,  
Angelus,  
Deus.

Cap. VII.